

Gospel for the Sixth Sunday After Pentecost

Tonus ad libitum

D Ominus vobíscum. R̃. Et cum spí-ritu tu-o. Ṽ. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Marcum. R̃. Glóri-a tibi Dómine.

I -n illo témpore: Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod

manducárent, convocá-tis discípu-lis, a-it illis: Misére-or super turbam:


qui-a ecce, jam trídu-o sústinent me, nec habent quod mandúcent: et si

dimísero e-os jejúnos in domum su-am, de-fí-ci-ent in vi-a: quidam enim

ex e-is de longe vené-runt. Et responderunt e-i discípu-li su-i: Unde il-

los quis póterit hic saturáre pánibus in so-litúdine? Et interrogávit e-os:


Quot panes habé-tis? Qui dixerunt: Septem. Et præcépit turbæ discumbere



super terram. Et accípi-ens septem panes, grá-ti-as agens fregit, et dabat




discípu-lis su-is, ut appónerent, et apposu-érunt turbæ. Et habébant pi-




scículos paucos: et ipsos benedíxit, et jussit appóni. Et manducavérunt,



et saturá-ti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem



sportas. Erant autem qui manducáverant, quasi quátu-or mí-li-a: et dimí-



sit e-os.